Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



lus israel ut eximant de castris omnem lep
rosum et qui seminis fluxit pollutusque est
super mortuo. Tam masculum quam fe
minam ejicite de castris ne contaminet
ea cum habitaverint vobiscum. fecerun
que ita filii israel et ejecerunt eos extra castra
sicut locutus est dominus moysi. Locutus
est dominus ad moysen dicens. Loquere
ad filios israel. Vir sive mulier cum fecerint
ex omnibus peccatis que solent hominibus
accidere et negligentiam transgressi fu
erint mandatum domini atque deliquerit
confitebuntur peccatum suum. et reddent ipsum
capitum quintamque partem de super eumque
peccatum. Si autem non fuerit qui re
cipiat dabunt domino et erit sacerdotis
excepto ariete qui offertur pro expiatione
ut sit placabilis hostia. Omnes quoque p
micie quas offerunt filii israel ad sacerdo
tem pertinent et quicquid in sanctuario
offertur a singulis et traditur in manu
bus sacerdotis ipsius erit. Locutusque est
dominus ad moysen dicens. Loquere
ad filios israel et dices ad eos. Vir cuius
uxor erraverit maritumque contempserit
dormierit cum altero vero. et hoc ma
ritus deprehendere non quiverit latet
adulterium. et restis argui non potest
quia non est inventa in stupro si spiri
tus zelotypie concitaverit virum con
uxorem suam que vel polluta est vel fal
sa suspicione apparuerit. adducet eam
ad sacerdotem. et offerret oblationem p
illa decimam partem sati farine horde
acee. Non fundet super eam oleum nec
imponet thus quia sacrificium zeloty
pie est et oblatio investigans adulte
rium. Offeret ergo eam sacerdos et sta
tuet coram domino. assumetque aqua
sanctam in vase fictili. et pauxillum tere
de pavimento tabernaculi mittet in ea.

Cumque steterit mulier in conspectu domi
discooperit sacerdos caput eius et ponet
super manus illius sacrificium recordatio
nis et oblationem zelotypie. Ipse autem
tenebit aquas amarissimas in quibus ei
execratione maledicta congessit adju
rabitque eam et dicet. Si non dormivit
vir alienus tecum. et si non polluta deser
to thoro es non te nocebunt aque iste a
marissime in quas maledicta congessi.
sin autem declinasti a viro tuo atque pol
luta es. et concubuisti cum viro altero
his maledictionibus subiacebis. Det te
dominus in maledictionem et exemplu
que cunctorum in populo suo. putrescere faci
at femur tuum et tumens uterus tu
us disrumpatur. Ingrediantur aque
maledicte in ventrem tuum. et uterus
tumescens putrefiat femur. Et respo
debit mulier. Amen amen. Scribetque
sacerdos in libello istam maledictionem
et delebit eam aquis amarissimis in
quas ista maledicta congessit. dabitque
ei bibere. Quas cum exhausserit tollet
sacerdos de manu eius sacrificium ze
lotypie et elevabit illud coram domino
imponetque super altare ita dumtaxat ut
prius pugillum sacrificii tollat de eo
quod offertur et incendat super altare. et
sic potum det mulieri aquas amaris
simas. Quas cum biberit si polluta est
et contempto viro adulterii rea. prem
sibunt eam aque maledictionis et in
flato ventre computrescet femur. Erit
que mulier in maledictionem et in exem
plum omni plebi. Quod si polluta non fu
erit erit innocua. et faciet liberos. Ista
est lex zelotypie. Si declinaverit mu
lier a viro suo et polluta fuerit maritique
zelotypie spiritu concitatus adduxerit e
am in conspectu domini et fecerit ei